

SVMARIA. Ex Claro.

1 Vasallus an possit cum consensu domini alienare feudum in præ-

ADDITIONES.

1 Feudum alienare. Feudum alienare licet prohibita sit, licet tamen fieri potest...

2 Alienare in præiudicium agnatorum. Hic cadunt etiam muba pulcherrimæ dubitationes. Prima est, an liceat uni alienare partem sui feudi per fraudem...

3 An possit vasallus cum consensu domini feudum alienare in præiudicium agnatorum. Ut feudum efficaciter, & irrevocabiliter alienari possit, non domini solum, sed & agnatorum feudi successorum consensus necessario existit...

QVÆST. XLI.



Ixi supra q. 31. in princ. quod non potest vasallus feudum alienare sine consensu domini. Quæro nunc, an possit vasallus cum consensu domini feudum alienare in præiudicium agnatorum?

1 Quæro nunc, an possit vasallus cum consensu domini feudum alienare in præiudicium agnatorum? Responsum est, quod non. Et est communis conclusio, ut attestatur Curt. iun. de feud. in 4. parte, in ultima particula, in 1. reg. col. 3. vers. Stat ergo ex præmissis. Et hæc quidem regula de plano procedit in feudo antiquo, seu paterno. Nam tale feudum proculdubio non potest per vasallum alienari in præiudicium agnatorum, etiam cum domini consensu. Et hæc est communis opinio, ut attestatur Alu. in c. 1. post num. 4. vers. Oppono ab extra. quemadmodum feud. ad fa. perti. & clarius post eum collegium Bonon. inter consilia Curt. sen. conf. 50. num. 21. & refert, & sequitur Paris. conf. 17. nu. 16. lib. 1. Cui enim sit ius quaesitum descendit, b. ex tenore prima investitura: merito non potest tolli per aliquem ex successoribus primi investiti. Et hæc est communis omnium conclusio, ut dicit Curt. iun. conf. 17. num. 5. Et est valde rationale, ut in huiusmodi feudis, quæ à maioribus suis proveniunt, non possit vasallus aliquo modo filijs suis præiudicare, quia ad feudum ipsa veniunt, non ex facto ipsius patris, sed ex antiquorum suorum provisione. Ita dicit Andr. de Iser. in c. 1. §. Quid ergo. de investit. de re. alie. facta. Et hæc est verissima, communis, & ab omnibus approbata conclusio, ut dicit Soc. iun. conf. 112. nu. 1. lib. 2. subdens, quod hoc est. apud Do-

judicium agnatorum. 2 Et quid si feudum sit antiquum. 3 Et quid si sit hereditarium.

Ex Additionibus.

1 An, & quatenus vasallus possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum.

Stores nostros intubatum. Sed in feudo novo secus est. Nam feudum novum, sub quoque tenore receptum sit, nisi fuisset expresse conceptum contemplatione alicuius filij, specialiter, & proprio nomine in ipsa investitura nominati, semper potest ad libitum alienari per feudatarium cum consensu domini, nec requiritur consensus filij primogeniti, vel alterius agnati, qui successurus esset in feudo. Et hæc est dec. Andr. de Iser. in c. 1. num. 3. de alie. feudi pater. quam dicit esse per omnes approbatam Sigis. consil. feu. 52. num. 1. ubi etiam subdit, quod omnes eam sequuntur nemine discrepante; quia id, quod ego acquiri, possum pro mea voluntate alienare. Et hæc decisio sæpe mihi placuit, licet DD. super hoc articulo varie scripserint.

2 Sunt autem nonnulli, qui non ita passim admittunt hanc conclusionem, quod vasallus non possit de feudo antiquo, seu paterno disponere, in præiudicium agnatorum: sed putant, distinguendum esse inter feudum hereditarium, & feudum non hereditarium, dicentes, quod in feudo non hereditario bene procedit supradicta conclusio, & ideo si feudum sit receptum pro se, & descenditibus masculis, quod non poterit vasallus de eo disponere in præiudicium descenditum masculorum. Et hæc dicit esse communem omnium conclusionem Curt. iun. in d. conf. 17. nu. 6. Sed in feudo hereditario, etiam si sit antiquum, tenent, quod possit vasallus præiudicare agnatis, & sic, quod in feudo recepto pro se, & heredibus factum unius ascendentis, tempore, quo feudum est apud ipsum, præiudicat non solum sibi, sed etiam posteris suis heredibus, cum censetur quid hereditarium. Et dicit Alex. conf. 13. nu. 1. lib. 5. quod hæc est communis conclusio Doctorum ubique, quam etiam post eum dicit esse communem Paris. conf. 16. nu. 44. li. 1. l. 1. conf. 56. col. fi. vers. Secundo respondetur, lib. 3. Tu vero hic adverte, nam si loquimur in feudo simpliciter, & absolute hereditario, puta recepto pro se, & heredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, vera est conclusio, quod potest alienari etiam in extraneum sine consensu domini, & sine consensu agnatorum, quia tale feudum equiparatur bonis allodialibus, & transit ad quoscumque heredes, ut sæpius dixi; & in tali feudo non consideratur, utrum sit antiquum, vel novum. Si vero loquimur in hereditario mixto, puta, recepto pro se, & filijs, & heredibus, non est hæc conclusio absolute vera, per ea, quæ dixi supra q. 40. vers. Sed quia. Quæ hoc loco non repeti, quia optime possunt accommodari ad hanc conclusionem.

QVÆST.

Ex Claro.

- 1 Alienatio feudi facta per vasallum in præiudicium agnatorum an sit ipso iure nulla, vel detur agnatis reuocatio. 2 Et quid in feudo mere hereditario. 3 Et quando feudum dicitur alienari iure permittente. 4 Et quid si alienatio fiat in agnatum proximiorum, & qui omnino erat in feudo successurus. 5 Et quid si fiat in remotiorum. 6 Et nunquid agnatus proximior possit reuocare etiam viuo alienante. 7 Et an eo casu teneatur pretium emptori restituere. 8 Et quid si vasallus alienans habet filios. 9 Et quid si alienatio facta sit in penitus extraneum. 10 Et infra quantum tempus possit hoc casu fieri reuocatio. 11 Et an pendente hoc termino ad reuocandum, stet etiam in pen-

ADDITIONES.

QVÆST. XLII.

1 Ut enim loquimur in feudo mere hereditario. Indubitata, & recepta communi calculo conclusio est, quod feudum mere, & absolute hereditarium, puta pro se, & suis heredibus quibuscunque concessum, alienari potest, & agnati reuocare non possunt. Huiusque ratio manifesta est: quia hoc feudum absolute, & simpliciter hereditarium in omnibus, & per omnia rebus allodialibus, & alijs bonis hereditarijs equiparatur, adeo ut non solum ad filios, sed etiam ad penitus extraneos deuoluatur perinde, ut plerique res hereditariæ velut in dicto supra ad q. 40. nu. 3. Omnibus iure notum est, quod nullus hereditum contra factum defuncti venire queat, sed eius factum approbare teneatur, lex qua persona, 149. ff. de regul. iur. l. cum a matre 14. C. de rei vindic. At que ita, post Clarum nostrum, tenent Ludolph. Schrader. in tract. feud. par. 8. c. 8. num. 9. & seq. Hartm. Pistor. q. feu. 14. nu. 1. lib. 2. par. 1. Vult. lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 85. P. uochm. conf. 4. q. 1. n. 2. l. vol. 1. Michael Graff. lib. 1. recept. sentent. §. l. hereditas, q. 12. num. 29. P. incl. ad l. 2. C. de bon. ratern. part. 3. num. 96. v. et infertur octauo, & c. Rosenthal. in tract. feud. c. 9. membr. 2. concl. 72. nu. 6. Ernest. Cothman. conf. 2. n. 176. & seq. vol. 1. hosque omnes referes

2 Ixi supra q. 1. quod non potest vasallus alienare feudum antiquum in præiudicium proximioris agnati, sine ipsius consensu. Quæro modo, nunquid si illud alienet, talis alienatio ipso iure nulla? Responsum est, quod alienatio rei feudalis est in præiudicium domini facta si ne eius consensu nulla est difficultas, quin sit ipso iure nulla. Textus est in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Fride. Sed quatenus respicit præiudicium agnatorum, non est ipso iure nulla, sed bene potest per filios, vel agnatos alienantis reuocari. Et in hac materia habemus text. notabil. in capit. primo. §. Titius filios. si de Feudo defuncti. contentio fuerit, quod filius vasalli potest alienationem feudi per patrem factam reuocare, etiam ipso patre viuo, sed tenetur alio modo reuocare, etiam ipso patre viuo, & sed tenetur reuocare, mortuo tamen prius alienante, ut ibi.

3 Sed quia hæc materia habet plura capita, ideo distinguendum est. Aut enim loquimur in feudo mere hereditario, & non datur alio modo reuocatio, quia, ut sæpius dixi, tale feudum est alienabile ad instar bonorum allodialium. Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto, & prudentia, vel etiam mixto, & tunc, aut feudum est novum, & non datur reuocatio, quia licet potest per vasallum in quemcunque lul. Clar. Sentent. Pract. Civil.

- 1 An filij, & agnatis feudum mere hereditarium alienatum reuocare possint. 2 Hæres tenetur approbare factum defuncti. 3 An, & quatenus feudum ex pacto, & prudentia nouum alienatum filij vel agnati repetendi facultatem habeat remissive. 4 Feudum ex pacto, & prudentia antiquum alienatum agnati reuocare possunt. 5 Equid vasallus feudum antiquum agnato remotiori alienare queat. 6 Quomodo & intra quantum tempus feudum alienatum reuocatio fieri debeat, remissive.

Ex Additionibus.

1 An filij, & agnatis feudum mere hereditarium alienatum reuocare possint. Hæres tenetur approbare factum defuncti. An, & quatenus feudum ex pacto, & prudentia nouum alienatum filij vel agnati repetendi facultatem habeat remissive. Feudum ex pacto, & prudentia antiquum alienatum agnati reuocare possunt. Equid vasallus feudum antiquum agnato remotiori alienare queat. Quomodo & intra quantum tempus feudum alienatum reuocatio fieri debeat, remissive.

1 alienari, ut dixi supra q. prox. vers. Et hæc quidem. Aut est feudum antiquum, seu patrimonium, & hoc casu potest per agnatos alienantis reuocari. Et sic habes pro absoluto in hac materia præsupponere, quod nunquam admittitur agnatus, vel filius ad reuocationem alienationis feudi nisi hæc duæ qualitates concurrant, scilicet quod feudum sit ex pacto, & prudentia, vel absolute, vel mixtum, & quod sit feudum antiquum. Est etiam pro intelligentia præmittendum, quod feudum aliquando dicitur alienari iure permittente, aliquando vero dicitur alienari iure non permittente. Iure permittente alienatur feudum, puta, si interueniat consensus domini nam hoc casu valet alienatio ipsius feudi. Idem alienatur iure permittente, quando vasallus illud alteri in feudum concedit, quod quidem facere potest etiam sine domini consensu, ut dixi supra q. 32. Item quando vasalla nubens, dat feudum in dotem quod pariter ei promissum est, quod dixi supra q. 36. Iure autem non permittente, dicitur feudum alienari, quando alienatur sine domini consensu, in casibus ad iure, vel consuetudine feudorum non permissis.

2 Hoc præmissis, explicandi sunt plures casus, prout pluribus modis potest hæc quæstio contingere. Aliquando enim vasallus alienat feudum in agnatum proximiorum, & qui omnino post mortem alienantis esset in feudum successurus, et tunc alijs agnatis non datur reuocatio, quia eorū nihil interest, ex quo, etiam non facta alienatione, feudum erat

Matth. Berlich. par. 2. conclus. prædicibil. conclus. 57. nu. 3. & seq. Harprec. b. Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto, & prudentia. Feudum ex pacto, & prudentia nouum alienatum agnati tenent facultatem habere, latissime explicat, multis adductis vtrique in parte, & rationibus, & auctoritatibus. Hartm. Pistor. q. feud. 4. lib. 2. part. 1. And. Fachin. lib. 7. con. trou. iur. c. 8. Vult. d. lib. 1. de feud. c. 11. nu. 84. Borcholt. in Comment. iur. consuetud. feud. c. 8. nu. 145. & seq. Schrader. d. tract. feud. part. 8. c. 6. num. 15. cum seq. & c. 7. nu. 31. cū seq. & c. 8. n. 2. & seq. Pruchman. d. conf. 4. q. 1. n. 16. vol. 1. Matth. Colé. conf. 20. n. 55 & seq. vol. 2. Modest. Pistor. col. 50. q. 1. num. 37. & seq. vol. 1. Ioan. Keppen dec. 54. n. 39. & seq. Rosenthal. d. tract. feud. c. 7. col. 7. nu. 6. & seq. c. 9. membr. 1. concl. 66. nu. 1. & seq. & nouissime Berlichius d. concl. 57. nu. 15. & plurimis subseqq. Harprec.

3 Aut est feudum antiquum, seu patrimonium. Quod feudum ex pacto, & prudentia antiquum alienatum agnati reuocare valeant, aperte decisum est in c. 1. §. 1. tit. de success. feu. c. 1. in prin. tit. de alien. feud. pater. c. 1. §. 1. tit. per quos fiat iuuestit. c. 1. §. porro, ti. qual. olim. pot. feud. alien. c. 1. §. 1. tit. de iuuestit. de re alien. fact. c. 1. §. Titius filios tit. si de feudo defuncti content. sit int. dom. & agnat. vasal. Idq;



fusus explaneas Hartm. Pistor. q. feud. 6. nu. & seqq. d. lib. 2. part. 1. Borcholtus d. c. 8. nu. 147. & seqq. Matthaus Coler. de cil. 95. nu. 1. part. 1. & d. conf. 20. nu. 27. & seqq. vo lum. 1. Vulceus d. lib. 1. de feud. c. 11. nu. 92. & seqq. Schrader. d. tractat. feud. part. 8. c. 8. n. 11. & seqq. Dominic. Cardinal. Tufcus tom. 3. pract. icabil. concl. lit. F. conclus. 194. num. 1. & seqq. Harprec.

d Vasallus alienat feudum in agnatum remotiorum. Quod si vasallus feudum antiquum ne quidem agnato remotiori in praedictum agnati proximo alienare possit, quin semper illud proximior recupera requeat, paret ex d. c. 1. §. Titius filios, de feud. defunct. content. sit in dom. & agnat. vas. Et abunde explicat Hartman. Pistor. d. q. 6. n. 11. & seqq. Ioan. Koppen. dict. decif. 54. nu. 53. & seqq. Card. nal. Tufcus d. conclus. 194. nu. 11. cu seq. & Berlichius d. par. 2. conclusio. 57. nu. 42. & seqq. vbi de istac feudi alienati reuocatio ne accurate, & copiose disputat. Harprec.

e Recupere. Intellige intra annu a die sciencie, vt dixi in q. preced. Giach. f Si proximior agnatus taceat per annu penitus excluditur. Quomodo si intra quantum tempus feudi alienati reuocatio fieri possit, & debeat, post innumeros fere alios, longe lateque enarrat Berlichius dict. part. 2. conclusio. 60. per tot. Harprec.

g Consentiant alienationi. Adde, quia tuc si bi praedictant. Commune dixi in collecta mea commun. opin. in verbo feudum. nu. 77. Giach. quis erit preferendus in huiusmodi reuocat. an filius ipsius alienantis, an vero alius agnatus proximior? Respon. quod si alien. facta fuit iure permittente, tuc filius praefertur agnato: si vero facta fuit iure refragante, agnatus praefertur filio. Et ista conclusio approbatur a Doctorib. vt dicit Iacob. in d. verb. Et cum pacto. de non alienando, n. 35. & dicit Curtius Iun. de feud. in 4. part. in 3. regula, vers. Quaro circa praemissa, quod ita intelligunt, & declarant communiter Feudista. Et sic vides, quod quando alienatio est facta iure permittente,

peruenturum in illum. Ita dicit Iac. de Beluis. in c. Imperialem, de probib. feu. alien. per Frider. Et hanc conclusionem firmiter DD. vt dicit Iac. de feu. in ver. Et cum pacto, de non alien. n. 33. Aliquando, & secundo vasallus alienat feudum in agnatum remotiorem, & tunc distinguendum est. Nam aut iste vasallus alienans habet filios, & possunt ipsi talem alienationem reuocare. Sed si volumt eam reuocare viuo patre, tenentur pretium emptori restituere. Mortuo autem patre, possunt etiam sine pretio feudum recuperare, d. §. Titius filios. Si vero vasallus non habet filios, potest agnatus proximior reuocare tale alienationem, vt ibi.

6 Sed nunquid poterit agnatus proximior huiusmodi alienationem reuocare, etiam viuo agnato, qui alienauit? Respon. quod si alienatio est facta iure permittente, non potest illa reuocare, nisi post mortem ipsius alienantis: si vero sit facta iure non permittente poterit agnatus eam reuocare etiam ante eius mortem, vt in d. §. Titius filios. Quando autem dicatur facta alienatio iure permittente, vel non, dixi supra vers. Est etiam. Et hac conclusio procedit sine difficultate, tenendo illam opinionem, quod feudum antiquum, propter alienationem non aperiatur domino, sed agnatis, quam ego tenui tanquam verriorem, infra quaest. 66. versic. Sed quid si vasallus.

7 Sed an in praemissis casibus, tenebitur iste agnatus proximior pretium emptori restituere? Respon. quod no. d. §. Titius filios. ex quo enim in omnem casum feudum ad ipsum agnatum deuoluebatur ex prouidentia primi inuestiti, no videretur equum vt ipse teneretur rem suam pretio redimere.

8 Sed pone, quod iste vasallus alienans feudum in remotiorem agnatum, habet filios. Quaro quis erit preferendus in huiusmodi reuocat. an filius ipsius alienantis, an vero alius agnatus proximior? Respon. quod si alien. facta fuit iure permittente, tuc filius praefertur agnato: si vero facta fuit iure refragante, agnatus praefertur filio. Et ista conclusio approbatur a Doctorib. vt dicit Iacob. in d. verb. Et cum pacto. de non alienando, n. 35. & dicit Curtius Iun. de feud. in 4. part. in 3. regula, vers. Quaro circa praemissa, quod ita intelligunt, & declarant communiter Feudista. Et sic vides, quod quando alienatio est facta iure permittente,

te, melior est conditio filij, quam agnati. Nam (vt dixi) filius potest etiam viuo patre, eam reuocare, restituo pretio: agnatus autem non potest, nisi secuta morte alienantis. E conuerso autem quando alienatio est facta iure permittente, melior est conditio agnati, quam filij: quia agnatus in reuocatione praefertur filio, vt supra dictum est, & harum decisionum difficile est iudicio meo, assignare aliquam concludentem rationem, nisi quia ita vetustis feudorum morib. receptum est, licet Doctor. in hoc multum laborent.

9 Aliquando, & tertio, alienatio fit in penitus extraneum, & tunc dicendum est, quod pariter admittuntur filij, & etiam agnati, ad reuocandam huiusmodi alienationem, prout quando facta est agnatum remotiorem. Et in hoc proposito intellige extraneum eum, qui non sit ex comprehensis in inuestitura, dato, quod alius esset agnatus ipsius alienantis. 10 Scias tamen, quod in vno differt hic casus ab illo, quia quando alienatio fit in agnatum remotiorem, tuc si proximior agnatus taceat per annu, penitus excluditur ab ipso feudo, sed si alienatio facta sit in extraneum, tuc ad hoc, vt proxim. agnatus excludatur, requiritur cursum saltem triginta annorum. Ita tenet gloss. in d. §. Titius filios. in verb. per annum, quae in hoc est communiter approbata, vt dicit Alex. cons. 15. n. 10. lib. 5. Dec. cons. 395. in fin. Iac. in verb. Et cum pacto. de non alien. n. 18. Bal. de rescrip. in 4. par. prin. q. 12. n. 19. in fin. Et dicit Dec. cons. 238. n. 4. quod Doctor. illam communiter sequuntur. Dicit etiam Aluaro. in d. §. Titius filios. post n. 4. ver. Oppo. cum gloss. fin. quod ita tenetur per Doctor. communiter. Idem dicit Praeposin d. §. Titius filios. col. 3. versic. Oppo. cum gloss. Facilius enim praesumitur consensus inter coniunctos, quam inter extraneos.

11 Qua autem sit ratio, cur sit praefixu tempus anni agnato proximiori ad reuocandam alienationem feudi factam in remotiorem, & non minus, vel minus tempus, multa dici possent. Sed forte melior ratio est, vel magis colorata, quia inter illud tempus anni tenetur vasallus petere a domino inuestituram, vt dixi infra, quaestione 49. vnde, ex quo intra illud tempus non reuocat, neque petit inuestituram, merito excluditur a feudo. Sed quaro, an pendente hoc tempore ad reuocandum, stet etiam in pendenti tempus ad petendam inuestituram a domino? Respon. quod non. Sed omnino debet petere inuestituram a domino intra annu a die alienationis, alias cadit a feudo. Ita sentire videtur Bald. in d. §. Titius filios. in fi. verb. Et hanc opin. dicit esse comunem Gozad. cos. 71. n. 3. Quae tamen mihi semper visa fuit dura, tanto magis, quia regulariter tempus anni ad petendum inuestituram non currit, nisi possidendi, vt dixi infra q. 49. vers. Item quid si forte vasallus, & forte etiam intentio Bald. non fuit hac, ad quam allegatur. Sed pro nunc nihil determino.

Dixi, quod si agnatus proximior tacuerit per annum, vel per triginta annos, quando alienatio est facta in extraneum, excluditur, per hanc taciturnitatem, ex qua resultat videretur consensus. Certe multo magis, si agnatus expresse alienationi consenserit, confesbitur a feudo exclusus, neque poterit illam alienationem reuocare. Et hoc pariter habet difficultatis, & ideo cautela est, quod vasallus volens feudum alienare, & faciat, quod agnati consentiant alienationi.

12 Sed quaro, pone, quod agnatus proximior consenserit alienationem feudi factam per vasallu, nunquid talis consensus praedicti filio ipsius consentientis, quo minus possit ipsum feudum recuperare? Respon. Aut iste filius est haeres patris, qui consentit, vel est aliquid habiturus ex eius hereditate. Et hoc casu cum non possit retractare defuncti voluntate, non poterit talem alienationem reuocare, si vero non est haeres patris, neque aliquid est habiturus ex eius hereditate, vtique poterit non obstante consensu per patrem praesito feudum alienatum

recupere.

recupe-

recuperare. Ita solent Feudista communiter distinguere, vt dicit Curt. Iun. in d. 4. parte in vlt. causa amissionis feudi, in 3. reg. vers. Secunda cadit: quod tamen intellige, vt dicam infra. in vers. Successiue.

13 Sed maior videtur dubitatio, si extent agnati, proximiores, remotiores, & medij gradus ipsius alienantis, & agnatus proximior consentiant, quod feudum alienetur in remotiorem, an talis consensus praedictet agnatis medij gradus, quo minus possint ipsi talem alienationem reuocare. Est ardua quaestio, in qua alias inter se contrarium consulerunt Collegium Mediolan. & Collegium Bonon. sed tenenda est opin. quod talis consensus eis no praedictet. Cum enim eis sit ius quaesitum ex tenore primae inuestiturae, non debet posse illis auferri sine eorum culpa, aut facto. Et hac est etiam magis comunis, vt dicit Curt. Iun. in d. 4. parte, in vltima causa amissionis feudi, circa princ. 3. regula, subdens, quod iudicio suo non habet multum dubitationis.

14 Successiue quaro nu quid filius, vel agnatus ipsiusmet vasalli alienantis, admittatur ad huiusmodi reuocationem, etiam si sint haeres ipsius vasalli? Respon. quod si adiuuit hereditatem sine beneficio inuentarij, non poterit talem alienationem reuocare: tunc enim proprie representat personam defuncti, & ideo no potest eius facto cotrauenire: sed si fecit inuentarium, bene poterit reuocare. Ita tenent communiter Feudista, vt dicit Curt. Iun. in d. reg. 3. col. 3. vers. Limitate praedictam quem refert Paris. cons. 10. nu. 8. lib. 1. Nam beneficium inuentarij conseruat haeredi omnia iura sua, & actiones, perinde ac si non adiuisset hereditatem. Et hac quidem conclusio de plano procedit, quando feudum non est hereditarium. Na eo casu proculdubio potest filius, vel agnatus haeres, factu inuentario, reuocare huiusmodi alienationem. Et ita concludunt omnes, vt dicit Decius cons. 185. nu. 1. circa fin. nam in

hoc casu vasallus habet feudum ex simplici prouidentia primi inuestiti, non autem tanquam haeres. Sed quid si sit hereditarium, quo casu non potest habere feudum, nisi tanquam haeres? Respon. quod in hoc Doctores sunt varij. Na aliqui tenent, quod inuentarium nihil profit ad hoc, vt possit alienationem ipsam reuocare. Et hanc opin. tanquam comunem sequitur Gratus cons. 9. n. 18. lib. 1. vbi etiam refert Curt. Iun. consil. 138. col. 6. attestante illam esse magis comunem. Sed ego non reperio Curt. in allag. consil. maxime nu. 6. vbi loquimur in hoc proposito, attestantem de comuni. Aliqui vero tenent quod imo etiam in tali feudo hereditario possit filius, vel agnatus haeres vasalli cu beneficio inuentarij, reuocare alienationem feudi per eum factam. Et hac opin. vt detur admittere tanquam verriorem, & magis communiter approbatam Soc. Iun. cons. 112. n. 13. lib. 2. Reuera si loquimur in feudo mere hereditario, credo, quod confessio inuotarij nihil profit ad reuocandam, quia (vt supra dixi) in tali feudo no datur reuocatio, ex quo de eo indicatur, vt de aliqua quacunque re hereditaria: sed si loquimur in feudo, quod est partim hereditarium, & partim etiam est ex pacto, et prouidentia, mihi magis placet secunda opin. quod scilicet confessio inuotarij conseruet ius reuocandi alienationem. Vocatur enim eo casu agnatus ad feudum, non simpliciter tanquam haeres vasalli, qui alienauit, sed etiam ex facto, et prouidentia primi inuestiti. Quae opinio multo magis tenenda esset, vbi iste agnatus, qui vult feudum alienatum reuocare, posset dicere se haeredem primi acquirantis, aliter quam mediante persona illius vasalli, qui alienauit, quod sufficeret secundum opin. quam tenui supra quaest. 9. versic. Sed quaro tunc enim ex quod posset habere feudum alia via, & sic tanquam haeres istius alienantis, crederem omnino confessionem inuentarij ei prodesse debere.

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Filius, penes quem est feudum paternu, vel emphyteusis, an te

neatur creditoribus paternis satisfacere de ipso feudo, vel emphyteusi.

2 Et quid si adijt paternam hereditatem.

Ex Additionibus.

1 An, & quatenus filij debita patris soluere teneatur, remissue.

ADDITIONES. QVAEST. XLIII.

1 N unquid filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusi teneatur creditoribus paternis satisfacere. Antea & quatenus filij debita patris, tam ex oneribus feudi, quam oneribus vasalli causata, soluere teneantur, post Claru nostrum, diligenter explicat Hartman. Pistor. quaest. feud. 2. nu. 39. & seqq. Mynsinger. cent. 3. obiectu. 67. Rosenth. in trac. feud. c. 7. concl. 20. nu. 23. cum seq. & Matthias Berlichius parte 2. conclus. pract. icabil. conclus. 55. nu. 87. & multis sequentibus. Harprec.

2 Sed quid si adijt? Respon. quod hoc casu distinguendum est inter feudum, vel emphyteusim, quae sint hereditaria, & inter non hereditaria. Nam filius accipiens feudum, aut emphyteusim non hereditariam, & simul etiam hereditatem patris adies, cum beneficio, tamen inuenta-

rius, no tenetur ultra vires hereditatis paternae creditoribus satisfacere ex ipso feudo, vel emphyteusi: quia habet feudum ex pacto, & prouidentia primi acquirantis, non autem tanquam haeres. Nec aditio hereditatis debet ei obesse, ex quo confessio inuentarij omnia iura sua integra conseruat, vt dixi in quaestione precedenti, vers. Successiue. secus autem, si feudum, aut emphyteusis sit hereditaria. Nam eo casu, ex quo illam habet tanquam haeres, merito, etiam si solemniter inuentarium consecerit, tenetur ipsi creditoribus ex ipso feudo, vel emphyteusi satisfacere. Et ita communi omnium consensu receptum esse attestatur Didac. libro secundo, resolutionum cap. 17. post numerum 4. versic. Octauo infer tur. Et hac quidem conclusio, si intelligatur, vt procedat in feudo simpliciter, & absolute hereditario, mihi satis placet. Nam cum tale feudum sit ad instar aliorum bonorum hereditarium allodialium certum est, quod in nobis hereditarij confessio inuentarij prodest haeredi. Sed si esset feudum no absolute hereditarium, sed etiam ex pacto, & prouidentia primi acquirantis, teneo, quod confessio inuentarij prodest haeredi, prout etiam tenui in quaest. preced. in allegato vers. Successiue.